

LA NATURALEZA DEL «SENSUS COMMUNIS» EN LA PSICOLOGIA DE SANTO TOMAS

por M. UBEDA PURKISS, O. P.

SUMMARIUM.—*Duo adscribit munera S. Thomas sensui communi: actum ceterorum sensuum percipere et inter externorum sensuum diversas qualitates discernere.*

Doctrinam Aristotelis exponens quaestionem volvit de conscientia sensoriali. Haec conscientia actus est sensus communis qui intentiones omnium sensuum externorum percipiens actum eorudem sensuum conscius fit.

Discrimen inter qualitates sensibiles non tantum ad intellectum sed etiam ad sensum pertinet. Intellectus enim per discursum procedens discrimen illud efficere non posset nulla perceptione sensibili antecedente. Sed tale discrimen actus esse debet alicuius potentiae quae ut arbiter diversas sensibiles qualitates respiciat. Unitas enim iudicii unitatem exigit apprehensionis. Ad hoc autem non sufficit unitas subiecti sentientis cum actus discernendi unam et simultaneam haberse debeat specificationem, nam cognoscere et iudicare debet de qualitatibus sensibilibus, quae ex diversis sensibus procedentibus simul tamen idem subiectum afficiunt. Sic enim potest sensus communis synthesim vitae sensorialis complere. Haec synthesi duplicem habet aspectum: subiectivum, nempe, et obiectivum. Quoad primum aspectum sensus communis multitudinem obiectorum sensibilibus ad unitatem redigit subiecti. Sic diversae operationes ad unitatem trahuntur ope sensus communis qui simul conscientiam propriae unitatis subiecto confert.

Haec prior synthesi aliam synthesim obiectivam inducit. Sensus externi partialem tantum praebent cognitionem de obiecto illis oblato. Cum illud obiectum realem quandam unitatem possideat necesse est ut haec unitas denuo in subiecti cognitione restauretur. Ad hoc tamen non sufficit synthesi mere subiectiva cui obiectum formale uniuscuiusque sensus extraneum sit. Attamen in ipso obiecto sensuum specialium invenitur radix et principium unitatis, sensibilia, nempe, communia, quae unus sensus communis percipere potest ut a sensibilibus propriis distincta. In hac perceptione sensus communis unitas obiecti, a sensibus externis discernpta, reinstauratur.

La mayor dificultad que encontramos para alcanzar el verdadero pensamiento del Angélico sobre el sentido común, estriba en los errores que se puede cometer, al tomar como doctrina genuina, lo que es simple comentario o interpretación de los textos aristotélicos. En más de una ocasión rectifica expresamente los puntos de vista del Filósofo y sigue las líneas trazadas por Avicena. En la mayoría de los casos, sin embargo, la distinción es difícil y exige una cuidadosa exégesis de los textos. Para «Salmanticensis», 8 (1961).